



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Lvcaë Pinelli Societatis Iesv, Theologi, Exercitia  
Spiritvalia Qvdraginta, De Sacrosancto Eucharistiæ  
Sacramento**

**Pinelli, Luca**

**Coloniae, 1608**

Christvs Agnvm Paschalem cum discipulis manducat. Matt.26. & Luc.22

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59691)

DE PASSIONE CHRISTI. 16  
CHRISTVS AGNVM PASCHA-  
lem cum discipulis manducat,  
Matt. 26. & Luc. 22

FFUNCTA MEDITATIONIS.

I. **C**ONSIDERA quomodo Christus cum non esset ei Hierosolymis domus, neque prouisio ac sumptus ad celebrandum Pascha cum discipulis, misit à Bethania Petrum & Ioannem, Hierosolymam, vt cœnaculum quoddam à Domino domus pro se & familia sua instructum, consequeretur.

II. **C**ONTEMPLARE, quomodo Dominus cœnaculi non modò animo libenti ac voluntario, illud ei concedat & tradat, sed etiam vehementer gauisus fuerit, Christoque gratias egerit, quod domicilium suum subire atque illo vti dignetur.

III. **A**SPICE quomodo cum Christus mensa accumberet iuxta ritum veteris legis ingenti gaudio delibatus fuerit, quod figuris & vmbri finis imponendus, & ipse, qui erat verus Agnus in lege figuratus, cibus noster futurus esset.



## DOCUMENTA.

1. **Q**uanto minus in hac vita possides bonorum temporalium, tanto minorem DEO & Domino omnium rationem reddes.

2. *Fili, quoties charitatis opus alicui exhibes, cogita id gratiam & singulare DEI beneficium esse: ideoq; gaudenti atque promptissimo animo id age, atque diuinae maiestati gratias refer, quod talem tibi merendi suppeditet occasionem.*

3. *Aspice ut Christus, iuxta veteris legis instituta & caeremonias Agnum manducet: ita & tu verum Agnum in Sacramento altaris, secundum nouae legis caeremonias manducare oportet*

## COLLOQVIVM.

**Q**uandoquidem tu, Domine, legem hanc de Paschate celebrando iudicis tulisti, ad eam minimè obligaberis. Et quavis obligaberis; quia tamen adeo inops & pauper eras, ut nec hospitium, neque agnus tibi suppeteret, à celebrando Paschate iustificimè excusari poteras: absit igitur, ut te ita hominibus substernas, illisq; supplex fis, quo tibi canaculum mutuent, atque de his, quæ ad Paschæ celebrationem spectant, tibi



DE PASSIONE CHRISTI. 43

tibi prouideant. Sed o quam profunda sunt  
actiones tuae: quam humiles & amore ple-  
nae cogitationes tuae. Quamuis enim sum-  
mae maiestatis DEVS atque totius vniuer-  
si Dominus existas; quamuis omnibus cre-  
aturis de alimento suo prospicias, nihilo-  
minus ad meam informationem legi sub-  
iici, & usque in finem diligentissimus legis  
relator & obseruator esse voluisti. In pau-  
peritate etiam atque mendicitate vitam du-  
xisti, ut alijs charitatis in te exercendae, at-  
que ad temporalia tibi ministranda occasi-  
onem praeberes, quod illos tua gratia & cae-  
lestibus bonis locupletares. O te felicem  
cenaculi dominum, qui in domum tuam  
caelestem arcam suscipere, & creatorem tu-  
um pascere mereris. Gaude quia anima tua,  
& tota familia tua, talem ab hoc hospi-  
te suscipiet benedictionem, ut  
verè dici possit, *Hodie salus*  
*domui huc fa-*  
*cta est.*